

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

po Wolfkero traditum petens a nobis instanter, ipsius privilegii contentum sibi scripto et testibus innovari, Erat autem tenor oblati nobis priuilegii tali modo.

In nomine sancte et individue trinitatis, Wolfkerus, Dei gratia Pattaviensis, Ecclesiae episcopus etc.

(Hier wurde der in der Beylage I. angeführte Lehenbrief vom Jahre 1198 ganz aufgeführt.)

Nos itaque lecto et exanimato ipsius privilegii contentu, per omnia sicut omnium causarum in ipso positarum exordium bene competere sentimus, sic ipsarum effectum, omnimodis approbamus. Non quasi de nuper Concepto benevole dispensantes, sed ut de dia bene percepto debite disponentes in hoc feudo. Omnia igitur et singula, quae hic denuo in rescripto ponimus habentes rata approbanda confirmamus, animadvertentes perpensi in his quod quevis possessio per sui usus perceptionem et temporis diurnitatem quiete adducta in omni re potentatum juris et triumphum justitiae perpenditur obtinere. Omnia quoque in hac pagina posita videntur, tanquam ab antecessore nostro Wolfkero venerabili episcopo data, nos auctoritate, qua fungimur confirmamus, ut sic dicto Gundackero, quam petiit a nobis, firmitas et probatio innovationis in omni suo jure quod secundum praemissa huc usque cognoscitur habuisse, ut autem omnia haec, quae his expressa sunt, in statu debito observari oporteat inconvulsa, apponimus in robur et testimonium rei geste huic pagine sigillum nostrum. Testibus quoque huic facto praesentibus annotatis.

Testes Hadmarus de Wesen, Walterus de Thannberch etc. Acta sunt haec in Chrems in Carnaria anno ab incarnatione Domini MCCXLV Indictione XIII. anno pontificatus nostri XV. pridie Kal. Novembris.

Beylage IV.

Zu Nro. 29. Herrn Gundacker I. von Starhemberg.

(In Betreff des Bogtey-Rechtes über das Stift Lambach.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Ottocarus dei gratia dux Austriae et Styriae et Marchio Moraviae. Omnibus praesentem paginam inspecturis salutem in Domino. Venerunt ad praesentiam nostram cum essemus apud Anesum constituti, Abbas Wernhardus de Lambach et sui fratres, contra Gundackarum de Storchenberch guerrimoniam proponentes pro eo quod sibi advocatiam ejusdem ecclesiae usurpabat, et exhibitis privilegiis utriusque partis invenimus quod privilegium Gundachri posterius fuerat impertitum ac de primo Abbatis predicti privilegio juste dato pariter et obtento non faciebat aliquatenus mentionem.